Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



tenet: usq; ad satisfactionem. Peccatum aut tibi post refectionem fratrum solus impleat: ut si verbi gratia fres refecunt sexta hora: ille frater nona. Si fres nona: ille vespera. usq; dum satisfactione congrua dignam consequat. De grauio

Capitulum 25

Si aut frater q̃ grauioris culpis culpis noxa teneatur: suspendatur a mensa. simul et ab oratorio. Nullus ei fratrum in collo iungat: consorio: neq; in colloquio. Solus sit ad opus sibi iniunctum: pustrenus in penitentiae luctu: sciens illam terribilem apli sententiam dicentis: tradituri huiusmodi hominem satanae in interitum carnis: ut spiritus saluus sit in die domini. Cibi aut refectionem solus percipiat: mensura ut hora qua putuerit abbas ei competere. Nec a quoq; benedicatur transeunte: nec cibus qui ei datur. De hos q̃ sine iussione iungit se excomunicatis

Capitulum 26.

Si quis frater presumpserit sine iussione abbatis fri excomunicato quolibet modo se iungere. aut loqui cum eo. ut mandatum ei dirigere: similem sortiatur excomunicationis vindictam. Qualis sollicitus sit abbas circa excomunicatos.

Capitulum 27

Omni sollicitudine curam gerat abbas circa delinquentes fres: quia non est opus sanis medicus: sed male habentibus. Et ideo uti debet omni modo ut sapiens medicus: mittere seniores consolatores. scilicet seniores sapientes fratres: qui quasi secreto consolentur fratres fluctuantes. et prouocent eos ad humilitatis satisfactionem: et consolentur eum. ne habundantiori tristitia absorbeatur: sed sicut ait idem apls confirmet in eo caritas: et oretur pro eo ab omnibus. Magnopere enim debet sollicitudinem gerere abbas.